Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

empti estis pretio magno. Et fecisti nos deo nro
regnum & sacerdotes. & regnabimus super terram. Omnes
electi reges appellantur. quia tirannidem uiciorum in
se consurgere non sinunt. luxurie appetitum frenant.
ignem furoris extinguunt. & cetera huiusmodi tempt
amenta in se uolentia consurgere obruunt. Sa
cerdotes quoq; dicuntur. quia cotidie seipsos in ara
cordis sacrificium contribulatum offerunt. ut hostia
uiua fiant. se cum uiciis & concupiscentiis mortificant
tes. Hinc Paulus dicit. Obsecro uos per misericordiam dei
ut exhibeatis corpora uram hostiam uiuentem. sanctam deo
placentem. Dum hec faciunt super terram reges existunt.
quia carnalia & terrena desideria comprimunt.
& uelut super subiectam terram lege uirtutis regnant.
Que utq; electe ecclie. sicut redempta est a xpo.
ita in illo qui eam redemit potestatem ut librum ape
riret accepit.

Et uidi. & audiui uocem angelorum multorum in circu
tu throni & animalium & seniorum. Quod hec
uisio tota spualis fuerit. hic manifestissime iohs
ostendit cum dicit. & uidi & audiui uocem angelorum
multorum. Hec enim uox uideri potest. sed uidere po
situm est. per intelligere. sicut in exodo dicitur. Vide
bat ppls uoces dei. id est intelligebat. Sic enim & nos
solemus dicere cuiquam aliquid ostendere capien
tes. utrum uideat. id est utrum intelligat ea que dicimus.
Totus quippe uisus uel auditus iohis spualis
fuit. & ideo intellectualiter in hoc autem loco quod significant
animalia. throni & seniores. hoc significant &